RENOVATI SCHEMATISMI

lectionum publicarum

in

GYMNASIO STADENSI

delineatio.

Classes	Hora	Die ☽		♂		☿
Secunda & Tertia.	7. 8. 1. 2. 3.	Rector compendium Logicae plenius Ebelii, Conrector Inſtitutiones Oratorias Dieterici, Rector Plautum, Conrector ſelectas Orationes Iſocratis, & Ciceronis orationes, interpretantur.		Iidem in iisdem lectionibus pergunt, niſi quod pro Iſocrate Conrector Heſiodum tractet.	7. 8.	Rector Inſtitutiones Catecheticas Dieterici utriusq; claſsis diſcipulis explicat. Rector ſolis ſecundanis aut orationis elaborandae materiam dictat, aut domi à ſe correctas ſingulorum orationes, oſtenſis cujusvis naevis, reddit, aut compendium Metaphyſicum Loeberi praelegit. Eâdem horâ Conrector Tertianos in compoſitione Latina aut Graeca, Chria, oratione aut epiſtola ſcribenda, exercet.
Quarta.	7. 8. 1. 2. 3.	Subconrector Institut. Rhetoricas Dieterici, Inſumptâ in repetitionem etymol. ex Gramm. Latina ſemihorulâ, Gramm. Graecam Welleri, Ciceronis Epiſtolas ad familiares, & Terentium, tractat.		Idem penſum abſolvit.	7. 8.	Diſcipulos Inſtit. Catech. Dieterici recitantes audit, & occurrentium praecipuorum N. T. dictorum Graecorum analyſin Grammaticam ſimul attendit. Exercitium ſtyli in Latinis & Graecis urget.
Quinta.	7. 8. 1. 2. 3.	Grammaticae Latinae Chytraei pars de etymologia. Epiſtolae Ciceronis ſelectae, à Sturmio editae, tractantur. In Cicerone pergitur. Injuncta ex officina Scholaſtica Seyboldi particula ex tempore Latinè componitur. Superiores in lectione linguae Graecae, ejusq; declinationibus, exercentur.		Tractatis à meridie pro Cicerone Dialogis ſacris Caſtellionis, & compoſitione Seybold. correctâ, reliquis horis eadem, quae pridie, peraguntur.	7. 8.	Catecheſis Dieterici recitatur. Quod ex Germanico in Latinum aut contra, juſtu Praeceptoris, diſcipuli domi converterant, & exhibuerant, correctum illis, cum indicio vitiorum, redditur.
Sexta.	7. 8. 1. 2. 3.	Praecepta etymolog. ex Gramm. Lat. Chytraei inculcantur. Orbis pictus Comenii tractatur. Facilior & brevior ex off. Schol. Seyboldi injuncta materia extemporali ſtylo vertitur, Colloquia Corderi, repetita crebro declinationum & conjugationum praxi, explicantur.		Pridianus labor continuatur, niſi quod exercitium Seybold. corrigatur.	7. 8.	Catecheſis Dieterici recitatur. Vitia diſcipulis in materia ſtyli Latini, à ſe domi elaboratâ & à Praeceptore correctâ, monſtrantur.
Septima.	7. 8. 1. 2. 3.	Donatus Lubecenſis exponitur, & recitanda, pro captu diſcipulorum, injunguntur. Literas pingunt diſcipuli. Vocabula ex nomenclatore Lubecenſi memoriae mandata recitant, In declinationibus exercentur.		Eadem aguntur.	7. 8.	Catechismus minor Lutheri, à Söteſleiſchio reſolutus, recitatur. Regulae ſyntacticae generaliſsimae explicantur, & ad ſententiolae Germanicae verſionem Latinam applicantur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Classes	Hora	♃		♀		♄
Secunda & Tertia.	7. 8. 2. 3.	Rector Synopſin Phyſicam Sperlingii, junctis ſemper ejusdem Inſtitutionibus, Conrector Iſagogen Philoſophiae practicae Loeberi, Rector Novum Teſtamentum, Conrector Virgilii libros Georgicorum, vel Æneidos, exponunt.	 2. 3.	Lectiones matutinae cum pridianis ſunt eaedem. Rector Hebraica ad ductum Hebraismi reſtituti Wasmuthi, ab Opitio compendifacti, tractat. Conrector in Orationibus Ciceronis pergit.	7. 8.	Rector laborem ſacrum, explicandis Dieterici Inſtit. Catech. die ☿ impendi coeptum continuat. Idem Secundanos per theſium Theologico-Philoſophicarum, è lectionibus quotidianis de promptarum, ventilationem ad artificium diſputandi praeparat. Eâdem horâ Conrector Tertianos in Poeſi Graeca, Latina, vel Germanica, exercet.
Quarta.	7. 8. 2. 3.	Syntaxin Grammat. Latinae cum profodia repetit. Epiſtolas vel Evangelia Graeca Grammaticè reſolvit, ſuosq; themata eruere docet. Cornelium Nepotem, & Virgilii Bucolica explicat.		In iisdem lectionibus pergit.	7. 8.	In Inſtit. Catech. Dieterici progreditur. Verſuum Latinorum compoſitionem, aut turbatorum reſtitutionem, exigit.
Quinta.	7. 8. 2. 3.	Syntaxis Latina inculcatur, Nova ex officina Schol. Seyboldi particula elaboratur. Verſus Murmelii exponuntur. Proſodia, cum applicatione perpetua ad verſus propoſitos, tractatur.		Compoſitio ex Seyboldo, pridie exhibita, corrigitur. Cetera pridianus labor continuatur.	7. 8.	Idem, quod die ☿, penſum accuratur.
Sexta.	7. 8. 2. 3.	Regulae Latinae ſyntaxeos exponuntur, & obviis exemplis illuſtrantur. Stylus denuo extemporali Seybold. particulae verſione exercetur. Conjugationes verborum ſedulò urgentur, & colloqvia Corderi iterum tractantur.		Exercitia Seybold. corriguntur, cetera, ut pridie, peraguntur.	7. 8.	Eodem, quo die ☿, labore diſcipuli exercentur.
Septima.	7. 8. 2. 3.	Donatus ſimiliter, ut diebus ☽ & ♂, tractatur. Eadem ratione in reliquis lectionibus dierum ☽ & ♂ ſit progreſſus, niſi quod declinationibus conjugationum praxis ſubſtituatur.		Continuantur eaedem, quae pridie, lectiones.	7. 8.	Lectionibus die ☿ tractari ſolitis, recitatio pſalmi Davidici Germanici adjungitur.

I. Tempore dierum ☿ & ♄ pomeridiano Muſae noſtrae publicae feriantur.
II. Horis publicis per omnes, exceptâ ſecundâ, claſſes, diebus ☽ ♂ ♃ & ♀ à nona matutina accedit hora privata, uberioribus unicè in Latina lingua profectibus dicata.
III. Muſica quavis hebdomada quatuor horis à Cantore exercetur, binis à 9. ad 10. diebus ☿ & ♄, quantum ad theoriam; totidem à 1. ad 2. diebus ♃ & ♀, quantum ad praxin.
IV. Lectiones matutinae tempore hyberno non à ſeptima, ut aeſtate, ſed octava hora inchoantur.

S T A D Æ.

Typis Caſparis Holvveinii.

Anno 1679.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf